



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XCVII. Assensus creandi seu fundandi Hospitale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

## FORMULA XCVI.

*Affensus erigendi Confraternitatem.*

**V**T divinus cultus, & CHRISTI fidelium devotio quotidie magis, ac magis in oppido N. hujus Bracharen. Diocesis augeatur, concedimus petitionem licentiam, ut super uno exaltari- bus Parochialis Ecclesie S. N. erigi possit Confraternitas sub invocatione S. N. accedente tamen, & salvo semper S. D. N. divina providentia Papae N. sanctae Sedis Apostolicae auctoritate, consensu, & beneplacito &c.

## FORMULA XCVII.

*Affensus creandi seu fundandi Hospitalis.*

**D**Rodericus &c. Viso supradicto Memoriali nobis porrecto super creatione seu fundatione facienda cujusdam Hospitalis in Oppido N. hujus nostrae Diocesis, dictae fundacioni, & creationi nostrum consensum, assensum, & beneplacitum praestamus, extra tamen praedictum jurisdictionis Episcopalis, & Ecclesiae Parochialis, intra cuius fines erigetur, eique sic erecto omnia privilegia, immunitates, & exemptiones impartimur, quae aliis Hospitalibus de jure comperunt, cum facultate construendi altare, seu Capellam ad effectum celebrandi, juxta mentem te-

statoris, nec non campanaria extruendi, & campanas retinendi, & praeterea sepulturam aedificandi, pro factore, ejusque haeredibus & successoribus, ejusdemque Hospitalis, bonorum & introituum magistrum, & administratorem constituimus oratorem, ejusque haeredes & successores, quatenus juris fuerit, qui debeant facere inventarium dictorum bonorum, & introituum, atque promittere, & jurare in manibus nostris, & successorum nostrorum, de utilia faciendo, & inutilia praetermittendo, rationemque de administratis fideliter reddendo nobis, & successoribus nostris pro tempore, seu aliis de nostro, seu successorum nostrorum ordine, singulis annis, & toties quoties nobis videbitur, cum reliquorum restitutione. In quorum fidem &c.

## FORMULA XCVIII.

*Monitorialium ad finem revelationis pro rebus deperditis.*

**D**Rodericus &c. Universis & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Plebanis, Rectoribus, Vicariis perpetuis, Capellanis, Clericis, & Officialibus quarumcunque Ecclesiarum per Civitatem & Diocesim Bracharen. salutem, & mandatorum nostrorum obedientiam. Expositum nobis nuper est per N. loci N. quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, ceasus, terras, domos, possessiones, bona,

L 2

mobi-